





1784, 14.

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS  
DE  
**C E S S I O N E B O N O R V M**  
**C O N T V M E L I O S A**

---

P. 321

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
P R A E S I D E  
**I O S . L V D . E R N . P Ü T T M A N N O**  
I . V . D . INST . PROF . ORD . ET COLLEG . ICTOR . ASSESSORE  
V T ADITVM

A D  
SVMMOS VTRIVSQVE IVRIS HONORES  
S I B I A P E R I R E T  
DISCEPTIONI ERVDITORVM PUBLICAE  
KALENDIS APRIL. MDCCCLXXXIV  
H. L. C. Q  
P R O P O S I T A

A  
**CHRISTIANO GVIELMO WERNER**  
SCHWARZBURGICO

---

L I P S I A E  
L I T T E R I S S O M M E R I I S .



DIRETTATO IN VAGARIA  
20  
CENSIONE PONORUM  
CONTAMINOSA  
TESTIMONIO DI GRANDE AUTORITATE  
PRAESES  
102. LAD. HENR. PATTMANNIO

QUAMQOZ ALTISSIME VARS HONORIS  
SITI APERTURAE  
MAGISTERIUS DR. BALTHAZARUM RUTICOLAE  
LUDV. APOLL. MCCIZZIA  
H. 1506  
PROTOSITA

CHRISTIANO GALLERIO WERNERI

LUDV. APOLL. MCCIZZIA  
H. 1506



DISSERTATIO  
DE  
CESSIONE BONORVM CONTVMELIOSA

*Instituti ratio.*

**S**i omnes homines, aut maxima saltē hominū pars temperantiae studerent atque frugalitati, si non ple-  
rique aut libidini, aut vanae litarent ambitioni, si infimi  
se aequatum haud irent mediocribus, mediocres nobili-  
bus, nobiles illustribus, si denique omnes ita philoso-  
pharentur, ac olim philosophatus est PLUTARCHVS in libell.  
*περὶ τὸ μὴ δεῖν δευτέρων, (de vitando aere alieno) Tom.*  
*II. Oper. Francofurti 1620. cum interpret. Gul. Xylandri edit.*  
*p. 827. Quid mensarum aut negotiatorum demereris? Quin*

A 2

tu

tu a tua mensa petis mutuum? Pocula habes, et paropſides,  
et pelues argenteas: haec vſibus tuis adhibe. — A mensa  
aufeyendo, quorum vſus neceſſarius non eſt, a ſponda, a ve-  
hiculis, de viſtus ratione detrahendo libertatem noſtram tuea-  
mur, otioſa iſta reparaturi, vbi res ſecundae affluixerint. —  
Ita nobis concedit deus ligneam mensam, peluum figlinam et  
veſtem asperam, ſi libere viuere volumus. — Habet, noli te  
aere alieno obſtringere, cum non indigeas: non habes, ne fu-  
mito mutuum: non es enim ſoluendo. — Dices, at quomo-  
do alar?<sup>1)</sup> Hoccine te rogarē aequum eſt? qui babeas ma-  
nus, pedes, vocem? Ale te litteris docendis, pueros libera-  
liter formando, ianitoris munus obeundo, nauigando. — Ni-  
bil horum turpius eſt, nibil moleſtius, quam audire hanc vo-  
cem: Persolute, quod debes. Qui ſemel inuolutus eſt debitibus,  
is ſemper manet obaeratus, aliud ex alio ſeffore frenati in  
modum equi fuſcipiens. — Sicut enim, qui in coenum lapsus  
eſt, aut furgere debet aut manere, verſans autem ac volutans  
ſe madefacto corpore maiorem in ſe contaminationem recipit,  
ſic in verſuris ſoluendis debitores alia ſuper alia contrabentos  
debita magis magisque ſenſim grauantur. — Iam ad locu-  
pletiores iſtos mea et molliores ſe conuertit oratio, qui dice-  
rent: ergone ſeruis carebo et aedibus domoque? Quod perin-  
de eſt, ac ſi infirmus et intercute aqua tumens medico dice-  
ret: ergo gracilem me viſ inanemque fieri? Responderit ſane  
medicus: Quidni? ut sanitatem recuperes. Tu quoque fer-  
vis

1) Ad quaefitionem: Wie viel braucht man, um zu leben? eleganter re-  
ſpondet IVST, MOESER in den Patr. Phant. P. II. n. 68. Veriſſime  
CLAVDIANVS in Ruffin. I. 35.

Et luxus popularior opum, cui ſemper adhaerens  
Inflexi bumili gressu comitatur egestas.

vis care, ne seruias, et possessionibus, ne ab alio possideas; nae rarissime in foro audiretur bonorum cesso, neque necesse esset, vt toties decoctorum creditores citentur, vt in iudico adsint, quae fierent, videant, et denique nihil eius, quod debitor fortasse reliquum esse passus est, accipient. Nunc autem, cum alios inanis pessimum det ambitione, alios conuiniorum faror, foedissimumque patrimoniorum exitium, culina, ad incitas redigat, eo fere deuenit res, vt, quemadmodum IUVENALIS ait XI, 50, foro cedere iam non deterius sit, quam

*Esquilias a feruenti migrare Suburra.*

Verissime autem CICERO de Off. II. 24. *Quamobrem, ne sit aes alienum, quod reip. noceat, prouidendum est. Quod multis rationibus caueri potest: non si fuerit, vt locupletes suum perdant, debitores lucentur alienum. Nec enim illa res ve- bementius remp. continet, quam fides, quae esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum*<sup>2)</sup>, idemque pro

A 3

L. Ma-

2) Bene IUST. MOESER L. c. P. III. p. 367. *Wo die Handlung blühen soll, muß die richterliche Hülfe sich weder durch die Tbränen der Wittwe, noch durch das Gefrey der Waiften aufbalten lassen. In London, Amsterdam, Hamburg und Bremen kennt man keinen Stillstand, den Richter und Obrigkeit ertheilen. Es ist ein Raub, den der Richter begibt, wenn er einen Gläubiger das Seinige vorenthält, oder Schuld daran ist, daß es ihm vorenthalten werde. Wenn Gott den Schuldner mit Unglücksfällen beimsucht, so muß er, und nicht der Gläubiger, leiden. Die Gesetze haben dem Gläubiger das Seinige auf dem Fall nicht abgesprochen, wenn der Schuldner unglücklich werden würde. Die Gesetzgeber wußten die Möglichkeit der Ünglücke alle vorber. Sie veränderten aber das allgemeine Gebrüx, daß jedem ohne Aufenthalt zu seinem Rechte und Eigentum verholfen werden müsse, darum nicht. Sie ließen vielmehr dies Recht geben, so weit es konne, und bis zur Knechthälfte des Schuldners.*

L. Manil. cap. 7. Nam tum, cum in Asia res magnas per multi amiserant, scimus Romae solutione impedita fidem concidisse. Non enim possunt una in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, et non plures secum in eandem calamitatem trahant, nec non VELLEIVS II. 3. 4. Non ibi constunt exempla, unde cooperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem latissime euagandi sibi viam faciunt, et ubi semel recto deerratum est, in praeceps peruenitur, nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum. Quae cum ita sint, male profecto reip. consulunt, qui erga decoctores nimia vitunt indulgentia, eoque ipso malorum illorum hominum audaciam prouocant. Qui pecunias creditas, inquit CICERO de Off. II. 22. debitibus condonandas putant, iū labefactant fundamenta reipublicae: concordiam primum, quae esse non potest, cum aliis admuntur, aliis condonantur pecuniae: deinde acquitatem, quae tollitur omnis, si babere suum cuique non licet. Ira sane non modo omnis e medio tollitur fides, vereque locum inuenit illud PLAVII Trin. IV. 3. 44.

Si quis mutuum quid dederit, sit pro proprio perditum.  
Cum repetas, inimicum amicum beneficio inuenis tuo.  
Si mage exigere cupias, duarum revum exoritur optio:  
Vel illud, quod credideris perdas; vel illum amicum  
amiferis,

sed

nem. Si te miseret debitoris, solue pro eo. De tuo liberalis sis oporet, non de alieno. Memorabile eiusmodi exemplum iudicis, debitorum carceri mancipantis, in quoque integrum soluendo debitum, eundem inde liberantis, nuper retulit ARNAUDIVS in libr. Delassemens de l'homme sensible, ou Anecdotes diverses, (Paris 1783.) T. I. p. 157. sq.

Sed occasio etiam praebetur aliis, vt ipsi sibi dicant:

*Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum,  
Si vis esse aliquis. Probitas laudatur et alget.  
Criminibus debent hortos, praetoria, mensas,  
Argentum vetus, et stanem extra pocula caprum.*

Nae magna peccandi illecebra est spes impunitatis, paucisque tanta ineſt virtus, vt a flagitio, quod poena carere intelligunt, sponte abstineant.

Sapienter igitur omnes fere legislatores <sup>3)</sup> graues in eos constituerunt poenas, qui nullum expensarum neque modum neque finem habentes bona sua abliguriunt, creditoresque, nimis interdum faciles nihilque tale meruentes, turpiter defraudant. Neque vero sic prodigalitati tantum obicem ponere student ciuitatum rectores, sed eos etiam aliquantum notatos volunt, qui, postquam non suo, sed, vt videri volunt, fortunae vitio decoixerunt,

3) Conf. I. C. SCHLAEGER de debitoro obaerato secundum ius hebraicum et atticum creditorum in seruitutem adiudicando, in DAN. FELLENBERGII *Iurispr. antiqu.* Tom. I. no. 1. 10. TAYLOR. ad L. decemviral. de inope debitore in part. diffecand. ib. T. I. p. 565. ROBERT. EDEN *Iurispr. Philolog.* p. 211. sq. I. W. NEUHAUS ad L. Perillium de obaerat. debitor. I. F. LUGLER dubia de fēct. debitor. ap. Rom. interpretat. Bynk. oppos. continent. I. T. HOFFMANN de iustitia poen. capital. debitor. obaerat. imponend. I. H. DE RAADT de flatu, conditione et iuribus debitorum obaeratorum ap. Rom. in OELRICHII *Theſ.* nou. diff. iur. Vol. III. T. I. n. 4. H. G. AYRER de debitoro obaerato, LEYSER Spec. 474. HERM. CANNEGIETER *Obs. iur. rom.* lib. I. c. 16. 10. CANNEGIETER ad Vlp. fragm. p. 57. G. I. JACOBSON *Diff. de debitorum ſectione ex Leg. XII. tab. L. B.* 1780. I. C. QVISTORP von der Sirafe der Banquerouirer oder der böſen Schuldner nach älteren und neueren Gesetzen, in den Beitr. P. I. n. 13. et I. E. V. SODEN *Geiſt der reuſchen Criminalgeſetze.* P. II. §. 200.

runt, foro cedentes eo rem redigunt, ut iam cum PLAVTO  
Menaech. V. 9. 95, dicere queas:

*Auctio fieri Menaechmi mane sane septimi.*

*Venibunt servi, suppelleret, fundi, aedes, omnia*

*Venibunt, qui qui licebunt, praesenti pecunia.*

*VENIBIT VXOR QVOQUE ETIAM, SI QVIS EMTOR VENIRIT.*

*Vix credo tota auctione capiet quinquagesies.*

Haud quidem me fugit, plerosque in ea esse persuasionem, bonorum cessionem (i. e. actum, s. vt alii dicunt, beneficium legis, quo debitor omnia sua bona creditoribus sponte relinquit, vt his, quantum fieri potest, satisfaciat, ipse autem molestiam carceris effugiat,) nullam plane labem iis inurere, qui miserabili hocce vtuntur auxilio, eoque vulgo referri, quod Imp. ALEXANDER ait in l. ii. C. ex quib. caus. inf. irr. *Debitores, qui bonis cesserint, licet ex ea causa bona eorum venierint, infames non sunt, itemque IVSTINIANVS in l. 8. C. qui bon. ced. poss.* Cum solito more a nostra maiestate petitur, vt ad miserable cessionis bonorum homines veniant auxilium, et electio detur creditoribus, vel quinquennale spatium eis indulgere, vel bonorum accipere cessionem, salua eorum videlicet existimatione, et omni corporali cruciatu semoto, rel. nec deesse, qui data opera hoc ostendere fategerunt, quo in primis pertinet c. g. STRECKER de cessione bonorum famam non fugillante, Erf. 1729. Ego vero semper existimau, bonorum cessionem, eti si iis, qui fortunae, vt dici solet, iniuria bonis lapsi sunt, infamiam haud importet, tamen omnibus, qui eo defugiant, non nihil contumeliosam, ne dicam ignominiosam esse; quod

vt

9

vt lectoribus meis persuadeam, opus erit, vt variam,  
qua debitores obaerati cum olim vni sunt, tum nostris  
vtuntur temporibus, fortunam breuiter strictimque ante  
oculos ponam, quo facto, opinionem nostram a vero  
haud aberrare, sua sponte facile intelligent.

### CAPVT I.

#### *De conditione debitorum obaeratorum apud Romanos.*

Ne rem ab ouo, vt dici solet, repetere videar, nihil iam dicam de conditione debitorum, qualis antiquissimis apud Romanos fuit temporibus, maxime cum ea de re iam alii, quantum satis est, exposuerint<sup>4)</sup>, sed a XII. Tab. incipiam, in quibus, et quidem Tab. III. sanctum erat:

*Si quis debitum confessus et iure ad solutionem condemnatus fuerit, triginta dies illi dantur, quibus pecuniam conquirere et iudicato satisfacere possit. Post triginta debitoribus coniuctis atque iudicatis vigore legis concessos dies, cum interea temporis iudicis edicto non satisfecerint, creditoribus istos prebendere vi atque rursum in ius ducere permittitor. Nisi reus post triginta dies ab auctor in ius iterum deductus iudicatum fecerit, aut interea temporis eum aliquis suo acre, aut fideiussor, vindicauerit, eum creditor vel auctor adiudicatum sibi secum ducito, atque in carcерem coniuncto vinculum neruo aut*

4) Conf. C. G. HEINDEL de debitorum ante leges XII. Tab. forrana. Lips.  
1754. ceterosque not. 3. iam laud.

aut compedibus, ita tamen, ut XV. pondo vincula non  
arbo sint grauiora, ast, si voler, eum leuioribus vincire pos-  
sit. Si addictus vincitusque debitor suo aere victum sibi  
parare velit atque possit, ex propriis vincere ipsi liceto:  
se non habeat, unde viuat, creditor, qui eum vinculum  
tenet, in singulos dies ipsi farvis singulas libras dato,  
vel etiam, si velit, ipsi plus una farris libra pro arbitrio  
dare liceto. Interea temporis addicto liceat cum  
credитore pacisci. Si non paciscitur cum eo, LX. dies in  
vinculis seruator, et tribus nundinis in comitium ad praef-  
torem producitor, et, quanti iudicatus esset, palam pro-  
nunciator. Postquam sexaginta dies in vinculis fuerit  
detentus, atque tribus nundinis in forum, ut publice de  
eius pretio constaret, productus propter aes alienum ca-  
pitis damnator, ut ab illo, cui addictus fuerit, in seru-  
tatem redigatur, vel, si magis vellet, peregre venum de-  
tur. Si pluribus propter aes alienum addictus fuerit,  
certius nundinis ita illis permittitor, ut, si velint, debiti-  
torem suum in partes secare possint, ac si plus minusue ali-  
quis ea sectione obtinuerit, impune ferat.<sup>5)</sup>

Nemo, spero, a me exspectabit, ut varias variorum hac  
de lege sententias ac interpretationes iam in medium pro-  
feram. Dicam tantum, me semper eorum partes secu-  
tum esse, qui verba postrema proprie, i.e. de corporis  
sectione, intelligenda censem, quorumque in numero sunt  
I. N. FVNCCIVS, I. F. IVGLER aliquae viri in primis docti  
com-

5) Ita fere I. N. FVNCCIVS ad XII. Tab. p. 173. sq. Idem versibus ele-  
ganter expressit I. A. DE JANVARIO in Rep. Iator. p. 400.

complures. Quomodo cunque autem ea explices, hoc certe manet, admodum contumeliosam, immo ignominiosam hanc debitorum fuisse fortunam, planeque nullum discrimen statuisse decemuiros inter eos, qui suo, et illos, qui fortunae vitio decoxisserint, qua de re ne cui dubium restet, en testem SENECAE de Benef. VII. 16. In omni quaestione propositum sit nobis bonum publicum. Quid tu tam imprudentes iudicas maiores nostros fuisse, ut non intelligerent, iniquissimum esse, eodem loco haberi eum, qui pecuniam, quam a creditore acceperat, libidine aut aleo absumperit, et eum, quid incendio, aut latrocinitio, aut aliquo casu tristiore aliena cum suis perdidit? Nullam excusationem receperunt, ut homines scirent, fidem utique praestandam. Satis enim erat, a paucis etiam iustam excusationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari.

Legem XII. Tab. sequebatur *Lex Poetelia*, cuius formula teste LIVIO VIII. 28. haec erat:

*Ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec poenam lueret,  
in compedibus aut nervo teneretur: pecuniae creditae bona  
debitoris, non corpus obnoxium esset,*

atque hac ipsa ex lege procul dubio bonorum cessio originem duxit. Etsi enim plerique eam *Lege demum Iulia* introductam esse existimant<sup>6)</sup>, ego tamen cum IO. TAYLO-

6) E. g. MONTESQUIEU de l'esprit des loix, Lib. V. c. 15. Si dans la république Romaine les législateurs avaient établi la cession de biens, on ne ferait pas tombé dans tant de seditions et de discorde civiles, et on n'aurait point effayé les dangers des maux, ni les perils des remèdes. — Elle ne fut établie que par la loi Julie de cessione honorum. On evitoit la pri-

RE aliisque eandem e *Lege Poetelia* repetere malim. Nonne enim hoc satis indicant verba *lviij: pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium effet?* Cum autem deinde *Lex Poetelia* duritie creditorum oblitterata fere se-puta fuisset, eadem *Lege Julia* denio in usum reuocata, fortasse etiam nonnihil aucta et emendata est.

Ipsam *Legem Julianam* cum alii ad CAESAREM, alii contra ad AVGVSTVM referant, ego quidem iis adstipulor, qui CAESAREM eius auctorem fuissent statuunt, in eaque sententia non modo a SVETONIO confirmor in *Caef. cap. 42.* De pecuniis mutuis, inquiete, disiecta notarum tabularum expectatione, quae crebro mouebatur, decreuit tandem, ut debitores creditoribus satisfacrent, per aestimationem possessionum, quanti quasque ante ciuile bellum comparaissent, deducto summae aeris alieni, si quid usurae nomine numeratum, aut prescriprium fuisset, qua conditione quarta pars fere crediti diperibat, sed ab ipso etiam CAESARE de B. C. III. 2. His rebus confectis cum fides tota Italia esset angustior, neque creditae pecuniae soluerentur, confituit, ut arbitri darentur; per eos fierent aestimationes possessionum et rerum, quanti queaque illarum ante bellum fuissent, atque eae creditoribus transfererentur. Hoc et ad timorem nouarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella et ciuiles dissensiones sequi consuevit, et ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimauit.<sup>7)</sup>

Vtra-

*prison et la section ignominieuse des biens.* Idem sentit I. A. BACH in bish. iur. p. 347. In eiusd. Crit. impars. contra P. M. p. 235. bonorum cessionis origo rectius ex L. Poetelia repetitur.

7) Pertinet huc etiam elegans locus CAESARIS de B. C. III. 20. *In opere*

*pianum*

Vtraque lex, tam *Poetelia* quam *Iulia*, cum ciuibus tantum Romanis bonorum cessionis indulsisser beneficium, deinde sub Impp. idem cum prouinciis etiam communicatum est, ut ipsi testantur Impp. DIOCL. et MAXIM. in l. 4. C. qui bon. ced. poss. Legis Iuliae de bonis cedendis beneficium constitutionibus diuorum nostrorum parentum ad provincias porrectum esse, ut cesso bonorum admittatur, notum est. Non tamen creditoribus sua auctoritate dividere haec bona et iure dominii derinere, sed venditionis remedio, quatenus substantia patitur, indemnitati suae consulere permisum est. <sup>8)</sup>

Itane vero debitoribus omni ex parte consultum erat, adeo ut non modo eorum corpora nihil amplius periclitarentur, sed fama etiam integra maneret ac illibata? Nequaquam. Audi quaelo cic. pro Quinctio cap. 15. *Cuius bona venierunt, cuius non modo illae amplissimae fortunae, sed etiam vicitus vestitusque necessarius sub praecone cum dedecore subiectus est, is non modo ex numero virorum exturbatur*

B 3

*pian excusare et calamitatem aut propriam suam aut temporum queri, et difficultates auctionandi proponere, etiam medicoris est animi: integras vero renere possessiones, qui se dobere facantur, cuius animi aut cuius impudenciae est? Ego sane multos, et si aliquoties bonis lapsos, tantum corpus facere memini, ut, quemadmodum cic. ait, malis orbiculatis pasti esse viderentur, quippe qui probe didicerant illud RAVTI in Caf. prol. v. 24.*

*Eiicite ex animo curam atque alienum aer,  
Ne quis formidet flagitarorem suum.*

8) Vid. EZ. SPANHEM. Orb. Rom. Cap. 25. CORN. DE KEYSER ad l. 4. C. qui bon. ced. poss. Vlrai. 1722. et SCAT. GOCKINGA de cessione bonorum, Groning. 1733.

batur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos amandatur. Etenim mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit. Ergo hercule, cuius bona ex editio possidentur, huius omnis fama et existimatio cum bonis simul possidetur: de quo libelli in celeberrimiis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite obscureque conceditur: cui magistri sunt et domini constituantur, qui, qua lege et qua conditione pereat, pronuncient 9): de quo homine praeconis vox praedicit et pretium conficit, huic acerbissimum viuo videntique funus ducitur, si funus id habendum sit, quo non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emtores, ut carnifex, ad reliquias vitae laceras et distrahendis, nec non TERTULLIANVM *Apolog.* e. 4. Sed et iudicatos in partes secari a creditoribus leges erant; consensu tamen publico crudelitas postea erastra et in pudoris notam capit is poena conversa est, bonorum adhibita proscriptio. Suffundere maluit hominis sanguinem, quam effundere; et ne quis discrimen inter decoctores dolosos eosque, qui fortunae iniuria bonis lapsi erant, suisse existimat, en verba circ. Philipp. II. cap. 18. Illud tamen audacie tuae, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, cum esset Lege Rofcia decotioribus certus locus constitutus, quamuis quis fortunae vitio, non suo decoxiisset. Lege scilicet Rofcia theatrali

9) De magistro, per quem bona distrahebantur, vid. THOPHIL. parapbr. inst. p. 610. edit. Reitz, IAC. FACCIOLATVS in *Exercit. in M.* T. Cic. Orat. II. pro P. Quinctio et Sex. Rafcio Amerino (Ticini 1723) pag. 181, scribit: *Magister in auctione is dicitur, qui bonis alienius vendendis praefit: est autem fere unus ex creditoribus; adeoque idem fere, quem nos hodie curatorēm bonorum (aut, si meuis, curatorem masae) dicere solemus.*

35

trali, a L. RÖSCIO OTHONE Trib. pl. A. V. 686, lata, sanctum fuit, ne quis in quatuordecim gradibus orchestrae, in qua senatores sedebant, proximis federet, nisi qui eques et equestri censu esset<sup>10)</sup>). Itaque si quis censum decoxisseret eques, non licebat ei inter equites federe. Nam decoloribus certus aliquis locus in theatro assignatus erat, neque solum his, qui suo, sed iis etiam, qui fortunae vitio decoxisserent. Atque hinc in *Or. cic. pro Mure, cap. 19.* L. OTHO equestri ordini et dignitatem et voluptatem restituisse dicitur. Haud iniuria tamen postea AVGUSTVS eandem legem limitibus quibusdam circumscriptis, seu refert SVENTONIVS in *Aug. cap. 40.* Cum plerique equitum, atrio bellicis ciuilibus patrimonio, <sup>11)</sup> spectare ludos e quatuordecim non auderent metu poenae (legis) theatralis, pronuntiauit, non teneri ea, quibus ipsis parentibusue equester census umquam fuisset.

Etsi

10) Alius scilicet senatorius, alius equestris census erat. Consumto matrimonio equites perdebant dignitatis insignia. *cic. pro Sexto, cap. 51.* de Gellio decoctore: *Indignus ordine equestri, cuius ille ordinis non men reuinat, ornamenta conficit.* *HORATIVS Ep. I. 1. 57.*

*Si quadringenuis sex septem millia defunz,  
Est animus ribi, finz mores, es lingua, fidesque,  
Plebs erit.* —

Conf. SIGONIVS de iur. ciu. rom. II. 3. et s. PITISCI Lex. Antiqu. Rom. s. u. censu. Nec, qui soluendo non erant, sacerdotes fieri poterant. *cic. Philipp. II. c. 2.* *Quo tempore me augurem a toto collegio experitum Pompeius et Hortensius nominauerunt, tu nec soluendo eras,* rel. vid. ABRAMVS ad b. l.

11) Quam juris dicendi rationem obseruare aequum sit in subditis tempore belli, aut statim post illud ad persoluenda debita constringendis, exponit M. Z. BOXHORN in *disqu. polis.* no. 29.

Etsi deinde Imp. GRATIANVS in l. 1. C. Th. qui bon. ex L. Iul. ced. poss. Ne quis, inquiens, omnino vel filii debitor, vel alienae rei in auro atque in argento diversisque mobilibus retenator ac debitor, bonorum faciens cessionem, liberum a repetitione plenissima nomen effugiar, sed ad redhibitionem debitae quantitatis congrua atque dignissima suppliciorum acerbitate cogatur, nisi forte proprietor dilapidationem bonorum aut latrociniis abrogatam, aut fortasse naufragis incendioque conflamat, vel qualibet maioris imperus infortunio atque dispendio docuerit officiam, bonorum cessionis beneficium ad eos, qui fortunae vitio ad incitas redacti essent, restrinxisse videtur, nihil tamen, quod ad debitorum famam attinet, mutasse deprehenditur. Quid? quod IAC. GOTHOFREDVS ad h. l. notat: *Etsi cesso bonorum infamiam non importet, non tamen caret haec res fugillatione aliqua seu infamia facti.*<sup>12)</sup>

Quan-

- 12) Evidem scio, infamiam facti a multis hodie inter somnia, s. vt loqui amant, inter non entia referri solere. Conf. c. b. WAGTER de non ente ciuili, *infamia facti*. Erf. 1736. Alter autem olim sensit IVLLIANVS in l. 2. D. de obs. par. et patr. Licet verbis editi non habentur infames ita condemnati, re tamen ipsa et opinione hominum non effugiunt infamiae notam. Recte quidem PETR. DE GREVE in Exerc. ad Pand. p. 97. Infamem non facit opinio hominum, sed lex, Scilicet, constitutio principis, editum praetoris, sententia magistratus, neque contra eos, quorum pudor apud bonos aut opinione hominum oneratur, effectus infamiae locum inuenient. Negari autem non potest, facta nonnulla, ethi legibus haud notata, nihilominus auctoribus suis turpitudinem aliquam contrahere, quam interdum vel ipsae leges delere haud possint. Bene cito Catilinar. i. 6. Quae notae domesticae turpitudinis non inusta virae tuae est? quod priuatarum rerum dedecus non baerat in fama? Maiores nostri dicere solebant: Das wascht dir der Rhein nicht ab. Vid. i. G. MEUSELS Geschichtsforscher P. VII. p. 47. Plura de infamia

Quando autem quaeritur, an iure Romano soli fortunae iniuria bonis lapsi, an alii quoque ad cessionis beneficium confugere queant, ego quidem cum LEYSERO Spec. 474. med. q. existimo, secundum leges Romanas debitoribus omnibus, modo ex delicto condemnati haud sint, per cessionis beneficium a carceris molestia se liberare licere, propterea quod lex GRATIANI contrarium statuens Codici Iustinianeo haud fuit inserta, et hoc beneficium in iuris Romani libris nullibi ad eos, qui fortunae vitio decoixerunt, diserte restrictum est, nihilque adeo impedit, quominus sanctio Legis Poeteliae generalis, ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec poenam fuerit, in compedibus aut nervo teneretur: pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset, iure etiam nouo locum inueniat. Certe l. 63. §. 7. D. pro soc. et l. 22. §. 1. D. de re. iud. ad quas HEINECCIVS in Pand. P. VI. §. 250. prouocat, nihil plane, quod hoc pertineat, continent, et quando in l. 51. D. de re iud. dicitur: Si quis dolo fecerit, ut bona eius venirent, in solidum tenetur, eo sane bonorum cessio haud excluditur, sed idem est, quod in l. 7. D. de cess. bon. legimus: Si debitoris bona venierint, postulantibus creditoribus permititur, rursum eiusdem debitoris bona distrahi, donec suum consequantur: si tales tamen facultates acquisitione sunt debitori, quibus Praetor moueri possit, itemque in l. 1. C. qui bona ced. poss. Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati. In eo enim tantummodo hoc beneficium eis prod-

mia facti habet GEO. BEYER in Them. ex var. iur. select. Exerc. VII. n. 1.

C

*prodicet, ne iudicati detrahantur in carcere.* Possemus fortasse cum LEYSERO ad l. etiam 6. C. de cuf. reor. prouocare, ubi IVSTINIANVS: *Neminem oportet iniici custodiae absque iussione magorum magistratum aut locorum defensorum, — in pecuniaria condemnatione potestatem habentibus cedere bonis.* Cum autem haec lex recentioribus demum temporibus e libris Basilic. in corpus iuris Romani relata sit, non nullisque auctoritate pollere haud videatur, malumus certe hoc argumento, nec satis firmo, nec necessario, abstinere. Quare enim nobis haud sufficiat vetus illud: *Quod mutatum non est, cur stare prohibeat?* Hoc autem dubio caret, eos, qui ex delicto tenentur, bonis cedendo poenam haud effugere, sed eandem in corpore luere, l. 25. D. de in ius voc. l. 1. §. 3. D. de poen. A. F. RIVINVS de paroem. iur. qui non habet in aere, luat in corpore, Lips. 1728. et CORN. VAN BYNKERSCHOEK *Quaeſt. iur. priu. II. 12. in Oper. Tom. II. p. 333.* ut nec illi bonis cedere possunt, qui hocce remedio sese honori municipali munierue subtrahere conantur, l. 5. C. qui bon. ced. poss. Propter honorem municipalem vel munus bonis cedentium inuidiosam admitti cessionem, minime conuenit, sed his obnoxios pro modo substantiae fungit.

Neque vero silentio hic praetereundi sunt loci in iuris Rom. libris obvii, ex quibus luce meridiana clarus patet, bonorum cessionem, maximeque cum ea coniunctam bonorum venditionem <sup>13)</sup> iis, qui ad illam confugrant, notam aut maculam aliquam impressisse.

Per-

13) Quam latius describit THEOPHILVS in *Parapbr. Inst.* p. 335. edit. Reitz.

Pertinet eo 1) §. I. I. qui et quib. ex caus. Licet domino, qui soluendo non est, in testamento seruum suum cum libertate heredem instituere, ut liber fiat heresque ei solus et necessarius. — Valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus alius heres extiturus non esset, vel seruum suum necessarium heredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus, aut, hoc eo non faciente, credidores res hereditarias serui nomine vendant, ne iniuria defunctus adficiatur, 2) l. 5. 7. et 8. C. qui bon. ced. poss. vbi bonorum cesso diserte invictio, fribile adiutorium et miserabile auxilium vocatur, 3) Nov. 4. cap. 3. quo IVSTINIANVS haud obscure profitetur, se infelicibus debitoribus, ne bonorum cessione contumeliosa opus sit, succurrere voluisse. Ne scilicet bonis statim cedere cogantur, Imp. iisdem beneficium dationis in solutionem certis sub conditionibus indulxit. Summa sanctionis, interprete HENR. AGYLAEO in delectu scriptor. Nouell. Iustinian. illustrant. a Cons. c. F. ZEPERNICKIO anno superiore Halae edit. p. 22.) eo reddit:

Cuius fidei et facultatibus id tributum est, vt citra intercessionem ipsi mutuo daretur, ei, si post pecunia aliae res mobiles ad solutionem desint, non continuo bonis cedendum esse placet. Quare hoc juris bac in re statuere visum est, primum, ut si creditor rerum immobilium emtorem demonstraret, debitor diuendere, quantum ad solutionem sat sit, compelli possit: deinde, ut si emtor nullus compareat, praeses prouinciae urgenti creditorri ex iis rebus praestantissimas quasque, pro crediti modo, assi-  
gnare ex officio debeat.

C 2

4) Nou.

4) Nov. denique 135. qua IUSTINIANVS voluit, ne quis bonis cedere cogatur, sed, si iurauerit, se non habere, vnde aes alienum soluat, ab omni molestia liber sit<sup>14)</sup> , creditoribus autem omnes debitoris actiones petitionesque cedantur, vt, si quid exigere possint, sibi habeant; atque hoc ipsum est, quod veteres dixerunt bonam copiam eiura-re. CICERO ad Fam. IX. 16. Tu autem quod mihi bonam copiam eiures, nihil est, et VARRO de L. L. Lib. VI. in fin. Liber, qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum solueret, nexus vocatur, ut ab aere obaeratus. Hoc, C. Popilio rogante, Sylla dictatore, sublatum, ne fieret, et omnes, qui bonam copiam eiuvarent, ne essent nesi, dissoluti<sup>15)</sup>. Ceterum iam AGYLAEV S. c. p. 155. monuit, si quando hu-ius sanctionis lacunula, reducto in lucem, quod deest, expleta fuerit, certiorem huius rei intellectum fore; eo-que minus mirandum, nullam Nov. 135. in foro esse au-toritatem. Conf. I. H. DE RAADT l. c. p. 331. Possem iam id, quod de bonorum cessione contumeliosa<sup>16)</sup> haec tenuis dixi,

14) Bene FRANC. HOTOMANNVS in quest. illustr. p. 194. Etsi bonorum cesso infamiam non irrogat, Iustinianus tamen in Nov. 135. bis bonorum venditionem ignominiosam appellat, quod etiam conuenit l. 2. D. de obs. par. et Nov. 4. itemque §. 17. I. qui et quib. ex cauf. Hanc igitur qualemunque ignominiam Iustinianus sustulit, cum bonorum venditionem, vnde illa uafebatur, sustulit.

15) Ex quo loco I. H. DE RAADT l. c. singularem eruit legem, Post Legem Poeteliam, inquiens, Sulla auctor fuit, ut Popilio rogante lex fieret, ut omnes, qui bonam copiam eiuvarent, non nisi essent, sed dis-soluti. I. A. BACHIUS contra in bifi. iur. rom. p. 141. pro Popilio haud dubie Poetelio legendum esse, verba autem Sulla dictatore ali-unde irrepliſſe putat.

16) Atque hinc, ni fallor, est, quod debitoribus poenitere licet et cef-sionem

dixi, variis firmare exemplis. Sed vnum in praesenti tantum commemorabo, idque verbis VAL. MAXIMI VI. 9. 12,  
*Quid? Crasso nonne pecuniae magnitudo locupletis nomen de-  
dit?* Sed eidem possea inopia turpem decoctoris fugillationem iniunxit, siquidem bona eius a creditoribus, quia solidum  
praestare non poterat, venierunt. Ita quoque amara fugilla-  
tione non caruit, quia, cum egens ambularet, diues ab occur-  
rentibus salutabatur.

Parum aberat, quin huc etiam referrem, quod de HADRIANO narrat SPARTIANVS in vita eius cap. 18. Decoctorum honorum suorum, si suaे auторitatis essent, catomidiari (i. e. catomis caedi<sup>17</sup>) in Amphitheatro et dimittri iussit. Constat enim ex loco CICERONIS Philipp. II. 18. supra pro-  
lato, τὸ δεκότορν̄ non modo de iis, qui suo, sed etiam de illis, qui fortunae yitio facultatibus lapsi sunt, usurpari.

## C 3

Cum

sionem reuocare. I. 3. D. de cesso bon. Is, qui bonis cessit, ante rerum venditionem virque bonis suis non caret: quare, si paratus fuerit se defendere, bona eius non vencunt, et I. 5. cod. Quem poenitet bonis cessisse, potest, defendendo se, consequi, ne bona eius vencant. Bene etiam monet H. H. AB ENGELBRECHT in Obs. select. forens. no. 88. judicem in admittendo creditorum concursu haud esse debere nimis facilem.

17) Ita SALMASIUS ad Spartiani Hadrian. cap. 18. Tom. I. edit. Hackian. p. 170. Haec scriptura (catomidiari) recentium editionum, cum veteres omnes habeant, et in his princeps Mediolanensis, catomidiari, quam lectionem libri scripti confirmant, et nostri et Casauboniani. Ipse tamen malebat catomidiari, ἀπὸ τῆς καταργεῖσθαι, ut derisos in amphitheatro et per ludibrium traductos decoctores accipiantur. Mibi vero placet catomidiari, et banc lectionem solam veram esse existimo. Catomidiari est, quod alii dixerunt catomis caedi; CASAVENONO contra subscrabit I. E. SCHROETER de catomidiatione in I. C. SIEBENKEES Iur. Mag. P. I. n. 33.

Cum autem, quo sensu SPARTIANVS hoc verbo usus sit,  
fortasse possit dubitari, nunc quidem hoc exemplo absti-  
nere malim.

## CAPVT II.

*De conditione debitorum obaeratorum apud Germanos.*

Quemadmodum maiores nostri variis, iisque parti  
tim graibus, vtebantur debitores suos obstringendi me-  
diis, quo praecipue obligationes ad obstagium, ad ban-  
num <sup>18)</sup>, ad picturam famosam pertinent, ita grauiter et  
iam coercebant eos, qui fidem frangebant, creditoribus  
que mutuum bona fide datum haud restituebant.

Seuera erat sanctio *Legis Salicae Tit. 6t.* (in p. GEOR-  
GISCH. corp. iur. germ. ant. p. 121.) qua bonis cedens iurare  
tenebatur, idque duodecima, vt aiunt, manu, nihil bo-  
norum neque subtus neque supra terram sibi superesse:  
quo facto constitutus in limine collectum ex quatuor do-  
mus angulis puluerem manu sinistra transscapulas in pro-  
ximum cognatum suo loco soluturum proiiciebat, ac ita  
demum discinctus et discalceatus solaque interula induitus,  
manu baculum gestans abibat; quo de ritu, quem *chre-  
nechrudam*, i. e. vt ECCARDVS interpretatur, *reine beraus*,  
vocabant, vid. IO. GVIL. HOFFMANNI *Spec. iurispr. symbol.  
ver. germ.* §. 27.

Nemo facile veteris iuris Germanici tam imperitus  
erit, vt eum *addictio debitoris ad manus creditoris* (*d. Ue-  
berger*

18) Conf. c. H. ECKHARD de obligat. sub poen. banni ecclesiast. et im-  
perial. Ien. 1739. et I. F. IOACHIM in d. Einl. z. *Diplomatik* p. 172.

bergebuug zu Hand und Halster) lateat<sup>19)</sup>. In Iur. Prou. Sax. Lib. III. art. 39. legitur: Wenn einer eine Schuld vor Gerichte von einem Manne fordert, die derselbe nicht bezahlen noch einen Bürgen stellen kan, so soll der Richter ienenz den Mann vor das Geld überantworten, und den soll er in Speise und Arbeit seinem Gefinde gleich halten. Will er ihn mit einer Halten spannen, so kan er es thun, anders aber soll er ihn nicht peinigen. Entläßt er ihn, oder entläuft er ihm darmit, so ist iener des Geldes dadurch nicht verlustig, sondern, so lange er ihn nicht bezahlet hat, und die Zahlung nicht leisten kan, ist et immer sein Pfand vor das Geld.

Similiter in Iur. Prou. Sueu. cap. 130. Wer ainen man beklagt vor gericht vmb Gelt, vnd mag er nicht vergelten, der Richter soll im den Man für sein gelt antwurtten, und den sol er behalten, gleich seinem Hausgesind mit Speys vnd auch mit arbait. Wolt aber er in einschließen an ain eyzen pant, daz mag er auch wol tun, und anders sol er in nicht pinden. Lät er in, oder entrinnt er im, damit ist er nicht ledig des geldes, alldieweyl er im nicht vergolten hat, so soll er im dienen als sein Hausgesind. Vnd will er sein nicht behalten, so sol der Geleer schweren gen den Heiligen, wenn er gewin vber sein Notturfft dreysig pfennig oder mer, daz er im gelt.

### In

19) Vid. G. VOIGT de addicione ad manus, praesertim Saxonica, Franc. 1737. I. R. ENGAV de addicione debitoris in manum creditoris, Jen. 1746. I. C. H. DREYER de cestralitar. regnisti. in rest. babil. p. 89. HEINEC-  
CII Elem. iur. germ. Lib. I. § 37. et Lib. II. §. 379. nec non I. H. C.  
DE SELCHOW Elem. iur. germ. §. 379.

In Iur. Lubec. l. 3. t. sancitum est: *Hiemit ist verbotzen, Frauenspersonen den Creditorn an die Hand zu geben, die nicht bezahlen können. Doch mag der Creditor ibnen zu allen Zeiten, wenn er sie betrifft, das oberste Kleid abnebmen, bis so lange sie bezahlet.*

Nonnullis in territoriis decoctores ergastulis mancipantur, famaque fert, in valuis ergastuli Noribergensis haec verba legi: *Wer keine Seide hat nie gesponnen, mehr hat verthan, als er gewonnen, der gehe ein zu dieser Thür, und spinne nun Toback dafür.* Vid. I. c. QVISTORP. Beitr. P. I. p. 180.

In aliis prouinciis debitores obaerati carceribus, eum in finem comparatis, qui vulgo der Schuldthurm audiunt, includuntur.

Obligatio ad carcerem per pactum, aequa ac camialis, non modo iure licita, sed etiam frequentissima est, et quemadmodum nec Lex Salica, nec veteres leges provinciales inter decoctores dolosos et fortunae vitio lapsos distinguunt, ita hodie quoque debitores cambiales, pariter ac ii, qui pacto ad carcerem se obligarunt, sine discrimine, seu bona sua abligurierint, seu fortunae iniuria ea perdiderint, plerisque certe locis carceri mancipantur. Equidem scio, Cel. I. c. QVISTORPIVM l. c. p. 185. obligationi ad carceres per pactum omnem vim atque valorem denegasse, propterea quod obligationi ad obstagium per leges Imp. (excepta sola Holsatia) omnis vis fuerit detraeta. Enimvero, cum obligatio ad carceres publicos ab obli-

obligatione ad obstatum multis modis differat, neque ab una ad alteram argumentum recte duci posse videatur, ego quidem malim hac in re iis adstipulari, qui obligationem ad carcerem etiamnum permissam esse statuant.<sup>20)</sup>

Multo minus me moratur *auctor anonymous libelli* italicice scripti *de custodia* (vulgo incarceratione) *debitorum*<sup>21)</sup>, qui contendit, nefas esse, pacto ita se alicui obstringere, ut deinde officiis, quibus vniuersae societati s. reip. obstricti sumus, satisfacere nequeamus. Ecquis enim haud intelligit, fortius omnino esse vinculum, quo quis suo obstringitur creditori, eo, quo omnes tenemur reip. cumque officiis vniuersis satisfacere haud possimus, laxius vinculum vtique cedere fortiori. Sane, si illa *anonymi* valeret opinio, omnis vis cambiorum, quin fides publica aequa ac priuata concideret, quod quam noxiun futurum sit reip. facile omnes possunt exsimare.

Neque vero in Germania tantum debitorum obae-  
ratorum, et in primis eorum, qui foro cesserunt, passim  
deterior conditio est, sed idem etiam apud alias gentes  
observari, quisquis earum mores ac instituta paulo accu-  
ratius perlustrauerit, facile deprehendet. Ita e. g. *Paduae*  
in

20) Conf. c. G. RICCIUS de conuentione debitoris ad carcerem in causa debiti. Goett. 1778.

21) Vid. Philosoph. politisch. Abb. über die Gefangenennahme der Schuldner (aus dem Italienischen) Fr. und L. 1773. vbi p. 22. legitur: Es kann sich deswegen keine Person einer einzelnen verpflichten, ohne den gesell- schaftlichen Verträgen, durch welche unter allen ein wechselseitiges Band entsteht, zuwider zu handeln.

in celebri aliquo loco magnum est saxum, quod dicitur *lapis vituperii et cessionis bonorum*, cui quidem (nudatis natibus) insidere bonamque copiam eiurare tenentur, quiunque creditorum persecutionibus se subtrahere cupiunt<sup>22)</sup>. Geneuae eorum adeo, qui foro cesserunt, liberos ab officiis muneribusque publicis, donec aes alienum parentum exsoluerint, excludi, refert simulque huic instituto applaudit MONTESCVSIYS in aureo suo de ingenio legum libro<sup>23)</sup> (XX. 16). Atque hinc recte LEYSERVS Vol. XII. P. II. p. 533. Non negandum, bodie ex multorum locorum statutis cessionem cum quadam sollemnitate actus ignominiosi fieri, ne scilicet cum iactura ac pernicie creditorum debitorum.

22) Ita certe olim ius fuit. In I. G. KEYSLERI N. Reisen P. II. p. 108. edit. noviss. d. a. 1776. legitur: zu Padua ist in dem grossen Saale nicht weit vom Ausgange nach dem Palaste des Porfita ein Stein zu bemerkern, auf welchem die Worte stehen: *Lapis vituperii et cessionis bonorum*. Diejenigen, so Banquieröste machen, und ihre Schulden nicht bezahlen können, kommen von der Verfolgung ihrer Gläubiger los, wenn sie sich (E. v. nudatis posterioribus) öffentlich dreymal auf diesen Stein setzen, und dabey eidilich ihre Armuth kund zu tun. Latius hoc patet e verbis Statuti Civitatis Paduae, quae nuper edita sunt in F. E. A. FVENDORF Annotad. iur. (Hannover 1783.) p. 198.

23) MONTESQUEV de l'esprit des loix XX. 16. La loi de Geneve, qui exclut des magistratures et même de l'envoyé dans le grand conseil les enfans de ceux, qui ont vécu ou qui sont morts insolubles, à moins qu'ils n'accourent les dettes de leur pere, est très bonne. Elle a ces effets, qu'elle donne de la confiance pour les négocians; elle en donne pour les magistrats; elle en donus pour la cité même. La foi particulière y a encore force de la foi publique. Idem refert I. G. KEYSLER in den N. Reisen p. 147. Zu Erhaltung des Creditis ist durch ein besonderes Gesetz verordnet, dass kein Kind, so seines Vaters Schulden nicht bezahlte, zu einiger Würde in der Republik gelangen kann. Quid nunc Geneuae hac in re obtinet, non habeo dicere. Conf. tamen SCHLOZERS Staatsanzeige, Hesse 6. u. 33.

*tor facile temere quæ ad cessionem properet. Aliquando debitor nudatus natibus in saxo publico ignominiose sedens palam, se bonis cedere, proclamat, tubis per plateam ducitur, vestem ab aliis distinctam aut pileum viridem gestat, aut campanam pulsat, lapidem aut columnam percutit, vel aliud quid non sine ludibrio facit.*

### CAPVT III.

*De conditione eorum, qui bonis cesserunt, in Sax. Elect.*

Quod vere scribit I. W. NEVHAUS in diff. ad Leg. Petill. §. 14. Ita bonis cedentes famam quoque retinebant, quamquam flos ipse existimationis in vita civili morceret, idem tere apud nos quoque locum inuenire videtur. Quemadmodum scilicet in Sax. Elect. dolosi decoctores beneficii bonorum cessionis plane particeps sunt, ita contraria ex parte, qui fortunae iniuria bonis lapsi foro cesserunt, famam quidem illasam retainent, nihilominus tamen non modo ab officiis et muneribus quibusdam publicis excluduntur, sed etiam aliis, qui bonis haud cesserunt, donec creditoribus plene satisfecerint, in conuentibus publicis cedere tenentur. Ex verba Mand. de debitor. obaevat. d. a. 1766. §. 5. Dass dieses alles ihm an seinen Ehren zwar unschädlich seyn, er iedoch zu öffentlichen Bedienungen in Raths- und Gerichtsstühlen nicht gezogen, auch weder Handlungsdeputirter noch Kramermäister werden, sowohl der diesfalls bereits aufhabenden Functionen sofort verlustig seyn, nicht minder so lange, bis er seine Creditorens wegen ihrer völligen Forderungen befriediget zu haben beybringer, denierigen, so kein Falliment gemacht, bey öffentlichen

D 2

Zusam-

Zusammenkünften iedesmahl nachstehen soll; eumque dubitatur, an hoc de solis mercatoribus, an etiam de nobilibus, eruditis, opificibus, aliisque ciuibus intelligendum sit, interpretatione authenrica d. d. 11. Mart. 1780, sanctum fuit: Dafs die von Adel, Gelehrte, Innungsverwandte und andere Unterthanen in Städten und auf dem Lande, sobald ein Concurs zu ihrem Vermögen eröffnet wird, ob sie gleich durch richtige Urkunden oder sonst dargetan könnten, dass sie aus unverschuldeten ohne ihre Verwahrlosung entstandenen — unglücklichen Zufällen in Verfall ihres Vermögens gerathen, dennoch zu öffentlichen Bedienungen in Raths- und Gerichtsstühlen ebenfalls nicht gezogen, sowohl der diefalls aufzubgenden Funktionen sofort verlustig seyn, nicht minder so lange, bis sie ihre Creditores wegen ihrer vollen Forderungen befriedigt zu haben beybringen, denjenigen, so kein Falliment gemacht, bey öffentlichen Zusammenkünften iedesmahl nachstehen sollen.

Haud magis vasallus moto creditorum concursu<sup>24)</sup> aut facta bonorum cessione, donec hoc impedimentum

24) Nonnullis locis dicitur *crida*, quo de verbo *CANGIVS* in *Gloss. b. v. Crida, banum, proclamatio; tridare, clamare, proclaimare, de his dicitur, qui vendunt hafsa postea, item der Ganzproceß, a verbo *Gant*, i. e. eine öffentliche Auction.* HALTAWS. *Gloss. p. 583.* C. G. GMELIN d. Ordin. d. Gläubiger bei entstandenen Ganzproceß. A. E. ROSSMANN von der Vergortung bei der brennenden Kerze, in I. C. SIEBENKEES *Iur. Mag. P. I. no. 16. De incommode conc. cred. dixit G. BEYER in Opus. no. 4. de differencia autem inter processum conturbationis (vulgo concursus) illustr. et priuato.* I. G. ESTOR Marb. 1758. In I. ST. FÜTTERI Beitr. P. I. p. 342. legitur: *Debitommiffion — was bey Privatpersonen Concurs, Falliment, Bankrott heißt, — nur mit dem Unterschiede*

rursus fuerit remotum, ad inuestituram, s. simplicem s. si-  
multaneam, admittitur, ceu docet *Mand. de reb. feud. d. d.*  
30. Apr. 1764. Tit. I. §. 11. Wenn einem Lebenmanne bey  
vorgefallenen Hindernissen, als wenn zu dessen Vermögen ein  
Concurfus Creditorum entstanden und bereits mit Auslassung  
der Edictalien verfahren worden, oder wenn derselbe dem Ban-  
queroutiermandat sich submittrirer, — die Lehn und Mitbe-  
lehnshaft zur Zeit nicht gereicht noch bekennt werden kan,  
so hat selbiger dem obngeacbrt sich zur Lehnsmuthung schrift-  
lich anzugeben, und in allen während vorbeschriebener Hinder-  
nisse sich begebenden Lehnfällen und Veränderungen die Lehn und  
gesammte Hand gebürend zu suchen, oder in dessen Unterblei-  
bung gewährig zu seyn, dass ihm und seinen Descendenten solche  
künftig, wenn dergleichen impedimenta cessiren, nicht beken-  
net werden wird.<sup>25)</sup>

Quid? quod debitor obaeeratus, iure gaudens pa-  
tronatus, moto creditorum concursu, nec hoc amplius

D 3

exer-

schiede, dass hier das Land selbst, als die massa bonorum, nicht Sabba-  
stire werden kann, sondern nur die Einkünfte unter den Gläubigern zu  
ihrer nach und nach vielleicht bis auf Jahrhunderte hin zu beständigen Be-  
friedigung — und dann unter dem Landesherren für sich und seine Fa-  
mille und Nachkommen/draft — zur Competenz vertheilet werden.  
Idem dicendum de bonis equitum immediatorum. Vid. I. F. KOHN  
Comm. de pecun. muruar. in zo colloc. §. 99. Eiusmodi concursus, qui  
iam fere dimidium secuti duravit, est d. Lentsheimische Debitteren,  
de quo vid. Allg. Iur. Bibl. P. II. p. 381. Quare optandum est, vt  
noua taudem promulgetur concursus illustrium ordinatio (eine Reichs-  
Konkursordnung), quallem concinnauit L. B. DE RIEDESL, quae legi-  
tur in conceptis Ord. Cam. Imp. iussu visuat. nouiss. scriptis, et a L. H.  
C. DE SELCHOW au. 1782. edit.

25) Qua de re vberius diximus Aduersar. Lib. II. cap. 10.

exercere potest, quo pertinet Refc. d. d. 28. Ian. 1732. Demnach Wir künftig bin, wenn post motum concursum und darauf erfolgte Sequestration eines Gurbis ein actus iuris patronatus vorfällt, solchen durch unsren Kirchenrath, als welchem von der Gesicklichkeit, Lebte und Leben der zu geistlichen Aemtern zu bestellenden Personen die beste Nachricht beywohnen muss, so lange exercicet wissen wollen, bis das Gurb wiederum an einen ordentlichen Besitzer gedieben: Als ist unser Begebrin hiermit, ihr wollet euch nicht nur selbst darnach gebührend achten, sondern auch denen unter euch gehörigen Superintendanten davon unverlängte Nachricht geben, und ihnen, daß sie bey vorkommenden Fällen sich darnach gleichfalls richten, und was dieserthalb nöthig, in behörige Obacht nehmen sollen, nachdrücklich andeuten, idque deinde alio rescripto d. 27. Sept. 1741. emissso (in S. C. A. Tom. I. p. 253.) ad eam quoque speciem, si feudo absque concursu creditorum sequenter datus fuerit, extensum est.

Nihil iam dicam de debitoribus obaeratis tutelae incapacibus, propterea quod ea in specie pupilli maxime fauor subesse videtur<sup>26)</sup>. Hoc silentio praeterire haud possum, eos, qui bonis cesserunt, pactis etiam familiarium nonnullarum nobilium atque illustrium a iure senioratus, distribuendorum stipendiorum aliisque similibus iuribus excludi.

Erunt

26) In Ord. tuelar. Sax. d. a. 1782. cap. §. 6. i. no. 6. tutores constituti prohibentur diejenigen, welche mit vielen Schulden behaftet sind, und von denen zu besorgen steht, daß sie in Konkurs verfallen, oder die Unmündigen durch ihre Verwaltung gefährdet werden möchten.

Erunt autem fortasse, qui iniquum esse dicant, debitores obaeratos, qui fortunam habuerunt aduersam, in rep. commodis quibusdam et iuribus, quorum alii, fortuna fauente gauisi, participes fieri possunt, carere deberent. Enimvero aut magnopere fallor, aut re attentius considerata, nihil duri aut iniqui hic subesse, facile intelligent. Primo enim verissimum est, quod scribit LEX-SERVS Sp. 474. med. 7. Nullas fere bonis labitur, quamuis maximam eorum partem prodegerit, qui non eriam casum et calamitatem in aliqua parte passus sit. Hunc itaque casum ostendat, atque se fortunae iniuria miserabilem iactet. Nec sacerdotes, magistratus, amici, qui cum ipso olim laute vivierunt, testimonia frugalitatis ac sobrietatis ipsis recusant. Ita vero carcerem effugit, bonis cedit, et per occultas fraudes loeuplerior creditoribus suis remanet. Quot quaeſo sunt, qui nulla sua culpa, sed sola fortunae iniuria ad incitas rediguntur, ynaque cum bonis spem etiam melioris sortis amittunt? Nonne propria plerorumque accidit culpa, ut fortunae iniuriis locus esse queat? Sume exemplum. Magnum aliquis contrahit aies alienum, pecuniamque mutuo acceptam fortunae aleae exponit. Hic si deinde aut naufragio, aut incendio, aut aliorum fraude aliena cum suis amittat, eundem tu a culpa absolues? Ego nequam. Siuam, per me licet, in aleam exponat pecuniam, dummodo haud simul meam in periculum adducat. Nae, qui mutuum sumit, quod vnde restituat, ipsi haud suppetit, suri simillimus est.<sup>27)</sup> Aequissima est sanctio Mand.

Sax.

27) CHEVRAEANA P. II. p. 5. Le riche, qui ne paye point ce qu'il doit, n'est pas moins larron, que le pauvre, qui emprunte ce qu'il ne peut rendre.

Sax. de debitor. obaerat. §. 1. Iedoch wollen Wir diejenigen Kauf- und Handelsleute, sowohl andere, so zu Treibung ihrer Profession oder sonstigem Bedürfniss Credit zu machen genütziger sind, und in ihren Sachen sonst mit gebührendem Fleiss, Ordnung und Vorsichtigkeit verfahren, auch fremdes Geld durch ausschweifende und ihre Vermögenskräfte übersteigende Unternehmungen nicht in Gefahr setzen, wenn sie die ihnen zugeschossene unverschuldete Unglücksfälle zur Nothdurst beyzubringen vermögen, und dadurch den Verdacht eines hierunter zu Schulden gebrachten Ungelübnisses gnüglich ablehnen, denen betrüglichen decoctoribus nicht gleich geachtet missen. Quotus autem quisque hoc demonstrare poterit ita, vt nulla plane ipsius culpa remaneat? Certe surtum simplex, quod in bene constituta ciuitate debita boni patrisfamilias diligentia facile praecaueri potest, casus inter fortuitos iure romano haud refertur. Vid. l. 52. §. 3. D. pro soc. FRANC. BROEI Expos. Inst. Iustin. p. 699. et 105. AVERANII Interpr. II. 26.

Nec hic silendum, quod legitur in d. Leipz. Hand. Ger. Ordin. v. Iabv 1682. §. 22. Wenn der Schuldner nicht darbun kann, das er durch Unglücksfälle ohne sein Verschulden (adeoque etiam sine culpa praecedente) in Schaden und Abfall der Nahrung kommen, so soll wider denselben — ohne Ansehen der Person mit der Schärfe verfahren, ihm keine Handlung zu führen, noch bis er vorher klar erwiesen, dass er seine Creditores gänzlich befriediget habe, auf die Börse und Wechselplatz zu kommen, oder daselbst zu scontriven verstaatet werden.

Dein.

Deinde ridiculum esset, eum, cuius (tanquam debitoris obaerati bonisque cedentis) nomen in litteris publicis legitur, de quo libelli pluribus celeberrimis locis proponuntur, <sup>28)</sup> cui, ut CICERO ait, magistri fiunt et domini constituuntur, de quo homine paeconis vox predicit et pretium conficit, cui cum Horatio Sat. II. 3. dicendum est:

— Postquam omnis res mea Ianum  
Ad medium fracta est, aliena negotia curo,  
Excussus propriis, — —

eum, inquam, consulem aut praetorem salutari. Verissime  
IVVENALIS III. 152.

Nihil habet infelix paupertas durius in se,  
Quam quod ridiculos homines facit. —

Taceo iam, plerosque pecunia egentes munera haud facile adspernari, magnumque adeo periculum esse, ne, si obaerati (quorum certe multi haud minus splendide vivunt,

28) Quo loco notandum, dispositionem *Mand. Sax. de debitor. obaerat.* §. 17. vi cuius citationes publicae (vulgo editales) außer dem foro, wo der Concurs anhängig, in drei verschiedenen ansehnlichen Handelsplätzen, besonders wo die stärksten Creditores befindlich, affigendae erant, per Refor. d. d. 11. Jun. 1770. quoddammodo mutataam esse, ita scilicet, das in denigen Fällen, da die Affixion der Editalien an solchen Orten, wo die stärksten Creditores sich befinden, entweder gar nicht, oder nur unsäglich, auch nicht anders, als mit Aufwand großer Kosten zu erlangen steht, hinlanglich ist, wenn selbige außer dem foro, wo der Concurs anhängig, auch in andern drey verschiedenen ansehnlichen Handelsplätzen bewirket wird.

vunt, ac viri maxime diuites) ad magistratus aut iudicis munus adspirare possent, acceptis muneribus saepenumero contra ius fasque decernant. Egestas, ut THEOGNIS ait, πολλὰ νανὰ διδόσει, verissimeque CALPVNRIVS *Ecl. IV. v. 155.*

— *Vellit nam saepius aurem  
Inuida paupertas, et dixit: vilia cura!*

PHILIPPVS quondam Rex, vt refert PLVTARCHVS in *Apophth.* (Tom. II. Oper. p. 178. edit. d. a. 1620.) cum aliquem in iudicium numerum allegisset, eumque barbam et capillos tingerere animaduertisset, ex iudicium albo expunxit, aiens, eum, qui ne in pilis quidem fidelis esset, in negotiis fide dignum haud fore. Quodsi praecclare hoc factum esse et sapienter, quotquot de vero rerum factorumque pretio aequo Ioue iudicare possunt, uno ore confitentur, qua quaeſo fronte is, qui, postquam (nimis audax aut incutiosus) latus fortunae dedit, bonis perditis foro cefſit, queretur, si iudicis officio fungi aut magistratum gerere prohibeat? Aliud sane est, notare aliquem infamia, aliud, prohibere, ne salua fama ad honores quosdam possit ascendere. Etiam apud maiores nostros paſſim iis, qui ad munera publica, praesertim maiora, adſpirabant, bonorum, et quidem immobilium, possessionem necessariam fuſſe, ostendit I. C. H. DREYER in *Comm. de ceſpitalitat. re quifit. in teſt. habil. p. 128. ſq.*

Ceterum, quod de iis, qui bonis reapse cesserunt, haſtentus diximus, nequaquam ad eos pertinet, qui aut moratorii tantum participes facti sunt, aut sine ope iudicis, interueniente pacto remiſſorio, quod fieri omnino iure potest, priuatum cum creditoribus tranſegerunt.

De

De moratoriis hic exponere nihil attinet, postquam iam alii hoc argumentum satis perpoluerunt<sup>29)</sup>. De pacto autem, quod dici solet, plurium e iure Romano quia plerosque minus recte iudicare video, adscribere haud gravabor, quod ea de re litteris consignavit ANT. SCHVLTING. *ad πρώτα p. 316.* Cum iniustum sit alteri per alterum ini quam inferri conditionem; nec pacta debitorum inter se ins creditorum tollere vel mutare possunt, nec cum aliquibus creditoribus facta aliis officient, licet maior illorum pars ea probet; cum in causis priuatis, quod maior pars egit, ad uniuersos non referatur, atque etiam in rebus communibus prohibentis sit melior conditio, nisi quando cum herede debitoris ante hereditatem aditam a creditoribus in eam rem convocari initur pactum de remittenda parte debiti, et quidem interposito praetoris decreto, ut suscipiatur hereditas, quod fieri omnium interest; hic maior pars minori, etiam dissentienti, praeiudicat, immo absentibus quoque, nisi quis habeat pignus. Quo impri mis faciunt l. 7. §. 17. 18. et 19. l. 8. et 10. D. de pac*t.* ex quibus manifestum est, constitutum hoc esse fauore heredum, eorumque, quorum interest, hereditatem adiri, (conf. GER. NOODT de pac*t.* et transact*t.* cap. 21.) quanquam negare non ausim, eiusmodi pactum mortuo debitore etiam ab uno creditore iniri cum reliquis posse, idque ob §. 17. l. 7. D. de pac*t.* Si ante aditam hereditatem paciscatur quis cum

E 2

credi-

29) Conf. I. H. FRICKE de moratorio meditationes iuris tam publici, quam priuati, C. S. A. DE AEMINGA: *An moratorium aduersus creditores extraneos profit?* E. M. CHLADENIUS de rescriptis moratoria cursum usuarum non silentilis, I. ST. PÜTTERI Beitr. P. I. p. 224. et I. I. MOSERI *Zusätze zu f. neuen Teutschem Staatsrecht* P. I. p. 207. sq.

*creditoribus, ut minus solvatur, pactum validum est.* Doctores autem, cum rationem legis haud satis perspicerent, ut fieri solet, latius hoc, quam fieri debebat, extenderunt, ut videre est ex iis, quae habet i. r. RICHTER in proc. pact. remissor. p. 25. sq. De pacto remissorio in Sax. rite ineundo<sup>30)</sup> sancitum est in Mand. de debitor. obaerat. §. 17. vbi in fin. additur: *Da im übrigen, wenn bey des debitoris communis Lebzeiten eines debitoris Kinder, oder sonst ein tertius mit denen Gläubigern Accord zu treffen, und dadurch den außerdem unvermeidlichen Concurs abzuwenden gemeinet, es bey demseligen, was die Rechte in Ansehung des pacti plurium verordnet, bewendet.*

Finio iam verbis ERASMI Adag. p. 1880. *Felix, qui nibil debet. Quid enim calamitosus, quem ob aes alienum tories erubescere, toties perficere faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissimilare, nunc supplicem agere, nunc flagitare, palam appellari, vitari, notari digito, breuiter, nunquam sui iuris esse. Nam bacc, cumque his multa alia incommoda secum affert aes alienum.*

30) I. G. BAVER de pacto remissor. ante concursum formalem in foro Sax. Elect. Lips. 1755.

*Corol-*

---

## Corollaria.

---

### I.

Bonis lapsi apud maiores nostros ne testes quidem locupletes fuisse videntur. Conf. i. c. H. DREYER de cœpitalitatis requisito in testibus habilibus, Franc. 1750.

### II.

LUDOVICVS IX. Galliae quondam rex, Saracenis in fidem lytri illis soluendi hostiam adeo cum ciborio pignori dedisse fertur. Vid. i. r. w. PAGENSTECHER Select. iur. quæst. p. 23.

### III.

Frequens medio aevo erat renunciatio priuilegii crucis. Cum enim inter priuilegia, quibus cruce signati gaudebant, hoc etiam esset, vt eis a debitis soluendis, donec rediissent, aut per aliquot annos, induciae concederentur, eiusmodi priuilegia autem non modo creditoribus, sed ipsis etiam cruce signatis dannosa essent, vt pote quae facultatem aes alienum sumendi iis adimerent, sensim inuultuit renunciatio priuilegii crucis, quam his verbis conceptam legere

est in charta aliqua an. 1273. Renuncians per fidem in  
hoc factō exceptioni doli mali, actioni in factum, omni  
privilegio crucesignatorum et crucesignandorum indulto  
et indulgendo. Vid. CANGII Gloss. s. v. crucis privileg. et  
i. e. MAIERS Versuch einer Gefcb. d. Creuzzüge P. II,  
p. 6.

## IV.

Tam rarus est pudor aeris alieni, vt, nisi in scriptis,  
vix inueniatur, et iam OVIDIVS caneret:

— fugere pudor, verumque fidesque,  
In quorum subiere locum fraudesque dolique.

Meminit tamen eius PAVLVS in l. 45. §. 2. D. de iur.  
fisc. Eius bona, qui sibi mortem consciuit, non ante ad  
fiscum coguntur, quam prius constiverit, cuius criminis  
gratia manus sibi intulerit. Eius bona, qui sibi ob ali-  
quod admissum flagitium mortem consciuit et manus in-  
tulit, fisco vindicantur: quodsi id taedio vitae, aut pu-  
dore aeris alieni, vel valetudinis alicuius impatientia ad-  
misit, non inquietabuntur, sed suae successioni relin-  
quuntur.

## V.

Rationem si quaeris, quare haud raro bonis lapsi ma-  
nus sibi ipsi inferant, en praesto est CAESAR de B. G.  
VII. 77. Animi, inquiens, est ista mollities, non virtus,  
enopiam paulisper ferre non posse. Qui se vltro morti  
offerant, facilius reperiantur, quam qui dolorem patien-  
ter ferant.

## VI.

## VI.

Inter modos ditandae ciuitatis hoc maxime pertinet, si Princeps operam det, ut exterorum opes in terras suas inuehantur, nec ciuis vllus patrias opes uehementer cupiat. Id autem obtinebit, si artes ita augeri et excoli curet, ut rudes materiae, vili pretio inuestigatae, arte pretiosae factae rursus uehantur, si scientias ita promoueat, ut earum addiscendarum causa diuitiae peregrini ad veniendum inuitentur, denique si ditiones suas usqueaque amoenissimas, libertate summa lascivientes, ac sanctissima iustitiae obseruatione tam tutas efficiat, ut peregrini opes suas eo comportare, ibique amoenam, placidam ac tutam vitam, frustra alibi quaerendam, transigere maximopere optent. Ita fere B. BRANCHY in *discurs. politie. de ratione ditandae ciuitatis*, qui legitur inter eius Obs. ad ius rom. Decad. II. p. 66. De mediis impediendi, ne ciues in aes alienum temere incident, (v. d. Mitteln, den übermäßigen Schulden der Untertanen zu webren) differit IVST. MOESER in d. Patr. Phant. P. I. n. 23.

## VII.

Qui in obstagio olim moriebantur, non supra limen efferebantur, sed infra illud extrahebantur. Vid. Abb. vom Leistungsrecht, wie solches, besonders in Franken, ehebin gewöhnlich war, in d. bishor. diplomat. Magazin (Nürnberg 1781.) P. I. p. 167. Apud Romanos debitorum adeo defunctorum cadauera haud raro

raro a creditoribus rapta et, donec nomina expungerentur, detenta fuisse, docet C. HANTHALER de num. veter. P. VI. dial. 1. quod ipsum tamen deinde fieri prohibitum. Vid. HEINECCI Pand. P. II. §. 280.

## VIII.

Inter modos creditoribus se subtrahendi olim in Germania visitatos pertinebat etiam professio vitae, cui debitores se addicebant, monasticae, ceu docet der Gerichtl. Auspruch des Römischen Königs Albrecht I. Kraft dessen Gottfried von Brauneck, der ein Mönch im Closter Hailsbron worden, in keiner Sache, um welche er gerichtlich belangt werden möchte, Antwort zu geben schuldig sein solle. Vid. P. E. SPIES Archivalische Nebenarbeiten und Nachrichten vermischtten Inhalts (Halle 1783.) p. 155. Ita scilicet tunc etiam desperatio monachos faciebat.

## IX.

Sapienter in Mand. Sax. de debitor. obaerat. an. 1766. in publ. emiss. 4. (itemque in d. gesbärftesten Mandat gegen die Banqueroutiers in d. Marggr. Oberlausitz, v. 2. Aug. 1783.) prouisum est, ne, qui ne dimidium quidem debitorum chirographiorum soluere possint, beneficii bonorum cessionis participes fiant: Gestalt dicienigen, welche mit der Anzeige ihres insolventen Zustandes länger zurückhalten, und nicht zugleich, daß sie durch plötzliche und ohnversehene Unglücksfälle so viel verloren, daß sie dadurch 50. pro cent zu bezahlen außer

auffer Stand gerathen, beizubringen vermögend sind, als dolosi decoctores angesehen und zu dem beneficio cesso bon. nicht admittiret werden sollen. En, quam pulchre concinat CICERO Catilinar. II. 5. Res eos iam pri-  
dem, fides deficere nuper coepit: eadem tamen illa, quae  
erat in abundantia, libido permanet; et cap. 8. Tu agris,  
tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus  
ornatus et copiosus sis, et dubites aliquid de possessione  
detrahere, acquirere ad fidem? — Quod si maturius  
facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) cer-  
tare cum usuris fructibus praeditorum, et locupletioribus  
bis et melioribus ciuibus uteremur.

## X.

Bene w. G. VANGEROW in der Theorie der gerichtlichen Dekretierkunst (Halle 1783) p. 275. ait: die Eröffnung des Konkurses ist für den Schuldner entebrend, und für die Gläubiger nachtheilig.

## XI.

Quemadmodum libro decoctoris malitiosi nihil credi-  
tur, ita, si de eorum, qui fortunae iniuria bonis lap-  
si sunt, codicibus quaeritur, de illorum fide ex vi-  
ta ante acta statuendum est. Quod si enim debitor  
antea vir honestus ac integrae famae fuisse probetur,  
fortuna aduersa non tollit fidem, quam eius scriptu-  
ra antehac mereri visa est. Sin appareat, eundem,  
vbi res suas retro labi ac faticere animaduerit, pa-

F

rum

rūm diligenter et accurate in scribendo codice ver-  
satum esse, nihil omnino ei tribuendum est. Vid.  
I. G. HEINECCIVS de mercatorum, qui foro cesserunt, ra-  
tionibus et codicibus, in Opusc. var. syll. p. 552.

## XII.

Hanc inscite LEYSERVVS Med. ad Pand. Vol. VII. p. 481.  
concursum creditorum cum binis illis maris Sicili  
syrtibus, Scylla et Charybdi, comparat; I. G. SIEGEL  
autem in diff. de feud. pignorat. § 24. processum conc.  
cred. bouem appellat lactariam, ad quam alendam sa-  
ginandamque faciat hocce praeceptum: *Quod fieri  
potest per plura, non debet fieri per pauca.*

abito lido dolilius et fato ordi natione  
qui, eisdem annis et quoniam non diverso  
in re obtemperante et non diverso  
tempore nata fisco. Ita mea gaudiaria non  
admodum sicut locutus est invenit tunc  
exigat esse invenit. illa non dicitur annos  
tempore fisco. Ita mea gaudiaria non  
admodum sicut locutus est invenit tunc

**ULB Halle**  
006 378 986

3



1078





DISSERTAT

CESSION  
CONT

ILLVSTRIS ICTOR

P F

IOS. LVD. E

I. V. D. INST. PROF.

A. 321

SVM MOS VTR

S I

DISCEPTIONI

KALENDI

CHRISTIAN

L I T T



KONFERENZ  
UNIVERSITÄT  
ZU HALLE